

4177. 1347 d. 29 April.

BIRGER CARLSSON säljer till Domprosten Carl i Linköping, för 200 mark penningar, sina gods i Alsheda, Sunnerskog och Myrisboda, dem han köpt af Riddaren Nils Abjörnsson.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Omnibus presentes litteras visuris vel audituris, Byrgherus kaarlsson. Salutem in omnium saluatore. Tenore presencium recognosco. me honorabili viro. domino karolo preposito lincopensi. omnia predia mea in aalsedhum. Sunderkog. et myrisbodhum. michi per strennum (!) militem dominum Nicholaum aabyornason. iure empcionis legitime dimissa. cum omnibus eorum pertinenciis. pecoribus. supellectilibus. domibus. agris. pratis. pascuis. siluis aalmæningis. molendinis et molendinorum locis. ac aliis eorum pertinenciis. quibuscumque censeantur nominibus. infra sepes et extra. propinque vel remote positis. in humido et in sicco. pro prompta et numerata pecunia videlicet. decentis (!) marchis. monete nunc currentis. irreuocabiliter vendidisse. transferens in dictum dominum Karolum. et heredes suos. omne ius proprietatis. et possessionis dominium. dicta predia. vendendi. commutandi. dandi. seu alias pro sue voluntatis libito disponendi. ablata michi et meis heredibus omni facultate. et quocumque adinuencionis ingenio. dictam vendicionem impugnandi. seu ipsum. dominum Karolum vel heredes suos. super pertinenciis predictorum bonorum. in parte vel in toto. quomodolibet impetendi. Insuper. si dicta predia. pro predicto domino Karolo. vel suis heredibus. aliquo modo in posterum impediri contigerit. ex tunc ego et qui mecum presentes litteras sigillauerint. ad defendendum dicta predia. vna secum astare debemus. vt predictum dominum karolum. cum suis heredibus. indempnem reddere teneamur. In cuius rei euidenciam firmiorem. sigilla discretorum virorum. videlicet domini Laurencii kaarlsson. militis. necnon et dilectorum fratrum meorum. Scilicet. martini magni et johannis. ac sigillum ciuitatis Lincopensis. vna cum meo proprio. presentibus sunt appensa. Actum. et scriptum anno domini. M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XL<sup>o</sup>. septimo. dominica proxima ante festum apostolorum philippi et Jacobi.

Sigillen: N. 1, 2, 5, 6 borta, remsorna kvar; N. 3, Magnus Karlssons (sjuuddig stjerna); N. 4, in-skriften borta, vapnet som N. 3.

4178. 1347 d. 2 Maj. Millesvik.

Konung MAGNUS tilldömer Inga en lägenhet kallad Sytribol, afkastande 2 byttor smör, hvilken hon, enligt Wermlands lag, fått i morgougåfva af sin man Gregorius Lange.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Nos. magnus. dei gracia rex. swecie norwegie et scanie Constare volumus omnibus euidenter quod nos presencium exhibitrici Ingo mansum